



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

17 Junii. 15 Kal. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

17 Junii. 15 Kal. Julii.

SAncte Raineri, cui peccatum quodpiam in confessione tacere cogitanti, Angelus, ut integrè sanctèque confitereris, persuasit; & præ verecundiâ tacenti, dixit: *Raineri, peccatum tacuisti*; cui ereptos, per pœnitentiâ lacrymas, oculos, per miraculum reddidit Deus; qui divitias, & luxum, fœdissimi odoris esse didicisti à Christo; & postea pauper peregrinus factus, JESUM & MARIAM sæpè hospites habuisti; & nunc in mensâ cœlesti æternùm cum illis non hospes, sed domesticus es. Ora, ut ita sanctè, ita crebrò, confessiones meas, dolore, ac proposito solido animatas (non per superficiem tantùm) institutam, quasi jam moriturus; ita in cibo, potu, ac ubique me habeam, tanquam coram JESU! Fœteat mihi, quicquid displicet Deo! & fœtente jam in sepulchro meo corpore, in odorem unguentorum suorum trahat, & in odorem suavitatis, ac holocaustum amoris, suscipiat animam meam Deus. Amen.

SS. ducenti sexaginta duo MM.

S. Montane miles, Martyr.

Gg 7

S. Hi-

518 ANNI CÆLESTIS

S. Himeri Episcopo.

Sancti Nicander, & Marcianus,
capite cæsi Martyres.

Sancti Manuel, Sabel, & Ismael
Legati, Martyres.

Sancti Isaure, Innocenti, Felix,
Hieremia, & Peregrine, variè torti,
capite obruncati.

S. Gundulpho Episcopo.

S. Hypati Confessor.

S. Avite, cælesti splendore inter
nascendum corusce, vitæ austeri-
tate, ac miraculis gloriose.

S. Bessarion Anachoreta, inedia,
frigoris, egestatis patientissime, ac
semper ex æternorum spæ excellen-
tissime; qui, totis quadraginta
diebus, inter spinas, persististi im-
motus; per annos autem totidem
nunquam cubans dormivisti.

S. Antidi Ep. M. cujus amputa-
tum pro Christo caput, Dei laudes
auditum est mirabiliter cecinisse.

S. Heruæ, cui mortem prædixit
Angelus, & morientem harmonia
cælestis honoravit.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, quæ hodierno Rain-
erio, pro peccatorum veniâ impetra-
dâ supplici, cum Sanctis, apparuisti &
dixisti: Raineri, fili mi, in meo sinu
quæ

quiesces. *Peto idem, quod ille, Domina: da mihi, quod illi!*

18 Junii. 14 Kal. Julii.

SAncte Leonti M. cujus Deum,
Angelo docente, Hypatius Tri-
bunus, ter hisce verbis inclamans,
Tu, qui S. Leontii Deus es, mihi, quaeso,
auxilium feras! repente sanus factus
est: qui fuis precibus Theodulum,
ac Tribunum, nube aquæ lucidâ
illos illuminante, convertisti: con-
verte me seridò: impetra mihi lu-
men, quo perfundar totus, nunc,
& in morte: pro quâ feliciter ob-
eundâ, *tu, qui S. Leontii Deus es, mihi,*
quaeso, auxilium feras! Amen.

Sancti Marce, & Marcelliane,
fratres, qui ad stipitem alligati, ac
in pedibus clavis confixi, cum
Christum cantando laudare non
cessaretis, & nunquam vos tam ju-
cundè epulatos, ac in amore Christi
fixos, diceretis, lanceis per latera
transfixi estis.

Sancti Cyriace, & Paula Virgo,
lapidati.

S. Ætheri Martyr, post ignes, &
alia, gladio cæse.

S. Marina Virgo.

S. Amande Episc.

S. Eli-